

turarum in se, vt omittam complacentiam eam
 secundū esse quod habent in Deo, quæ si in Deo
 est, necessaria est, & non libera) & deinde intelli-
 gitur volens creaturas: ergo necesse est aliquid ef-
 se additum, vel ipsi, vel creaturis, ratione cuius in-
 telligitur inter ea esse illa habitudo, quæ antea
 non erat, sed non potest additio intelligi facta cre-
 aturis vt ostensum est: ergo esse debet in voluntate
 diuina. Tandem, quia aliàs si Deus suo velle
 æterno sine vlla prorsus additione rei, sed ratio-
 nis tm̄, posset velle liberè creaturas: ergo et in tẽ-
 pore posset incipere illas velle sine vlla sui muta-
 tione, quia mutatio non fit sine aliqua additione,
 vel ablatione reali: sed quoniam Deus ex non vo-
 lente inciperet esse volēs creaturas, nihil reale ei
 adderetur, sicut neque in æternitate additur, et si
 ex æternitate velit creaturas: ergo non mutaretur
 etiam si inciperet amare creaturas in tempore; ne-
 que etiam si amare desineret quas antea amabat.

Resolutio questionis.

XXXV. **E**X his quæ circa has opiniones dicta sunt, sa-
 tis (vt opinor) declaratum est quanta sit huius
 questionis difficultas, faciliusq; esse quam liber
 eius partem impugnare, quam aliquā probè de-
 fendere, aut explicare. Quapropter non vereor cõ-
 fiteri nihil me inuenire quod mihi satisfaciatur, nisi
 hoc solū, in huiusmodi rebus id de Deo esse cre-
 dendum, quod inestabili eius perfectioni magis
 sit cõsentaneum, quodque ab omni imperfectio-
 ne alienum sit, et si modum quo id Deo conue-
 niat non assequatur, idē in hoc pũcto hæc as-
 ferenda esse censēo. Primò, Deum verè, propriè,
 & sine metaphora velle, & amare ea quæ liberè
 vult, vel amat, quæque potuit non amare. Hoc sa-
 tis probatum est ex dictis contra primam senten-
 tiam. Et cõsistit mari potest ex diuina scientia, nul-
 lus nãque negabit Deū propriè scire res creatas
 existere, id enim nõ solū est manifestum in Scri-
 ptura: [Vidit] [dicunt] [Deus cũ etia quæ fecerat,]
 & similia, sed etiam est ex se euidētissimum, vt
 infra attingemus: & tamen de illa scientia est fe-
 re eadē difficultas quid addat Deo, cum potuerit
 non esse in illo, si res creatæ non existissent, ergo.

XXXVI. **S**ecundò dicendum est Deum velle creaturas
 actu reali suæ voluntatis, seu potius qui est sua vo-
 luntas, & sua essentia. Hoc pbant quæ circa vlti-
 mam sententiam obiecta seu proposita sunt, quia
 Deus nõ potest esse volens, sine seipsum, sine quã-
 cunq; re aliam per aliquod finem, vel imaginari-
 um, sed per aliquod quod in re ipsa subsistat, ve-
 rēq; in ipso sit, quia verè & realiter vult & amat.
 Itē, quia si Deus cõstitueret volēs per compo-
 sitionem, cõstitueretur per formā realem illum in re
 ipsa afficientē, & nõ per ens rationis, neque tota-
 liter, neque ex parte seu completiue, sed omnino
 per realem formā & intrinsecā, quia totus effectus
 formalis effect intrinsecus, & realis, vt est in no-
 bis, & in angelis: ergo multo magis, cũ cõstitua-
 tur Deus volēs creaturas simplicissimo modo tā
 quā purus actus, solū cõstituitur suo reali & in-
 trinsecò velle. Tandē hoc est euidētissimum in
 scientia, nã Deus nõ inuenitur creaturas vt existen-
 tes in aliqua differētia tẽporis nisi per scientiam
 suam tanquā per formam (loquimur modo no-
 stro) reale & intrinsecā lib; & non per aliquod ex

trinsecū, vel per aliqua entia rōnis, nã Deus verè
 & realiter iudicat de rebus creatis vt existentib.
 & apprehendit ac intellectualiter representat il-
 las, totū aut hoc est reale, absolutum, & intrinse-
 cum Deo; est ergo in ipso per aliquod realem & in
 trinsecū ipsi: ergo per intrinsecā sciētā ipsius.

Tertiò dicendū est, Deū eodem omnino actu
 simplicissimo, indistinctibili, & absq; vlla reali aug-
 mento, vel diminutione eius, velle omnia quæ
 vult & nolle quæ non vult, siue necessario, siue li-
 berè ea velit. Hæc est mens autorum vltimæ sen-
 tentiæ, eamque intendit D. Thom. 1. part. 1. q. 19.
 art. 2. ad quartū, & art. 5. & maxime artic. 3. vbi
 expressè ait, nihil perfectionis accrescere Deo ex
 eo q. velit alia à se. Idem ex professo probat 1.
 cont. Gent. cap. 76. & hoc ipsum præcipue inten-
 dit Scotus in 1. dist. 39. idē Heruaz quodlib. 1.
 q. 1. Hancque assertionem conuincunt rationes
 factæ contra secundam, & tertiam sententiā. Et
 quanquam modus quo id Deo conueniat, non
 possit à nobis comprehendi, declaratur tamen ali-
 quo modo, nam velle Dei est infinitum, tā in ge-
 nere entis quā in ratione appetitus, estque infi-
 nitū, nõ per modū potentia, nec per modū actus
 inchoati seu primi, sed per modum perfectissimi
 & vltimi actus: ergo ille actus ex vi suæ simpli-
 cissimiæ entitatis quā totam necessariò habet, est
 sufficiens ad attingendum omnia obiecta volibi-
 lia, vnū quodque secundū rōnem, & capacitātē
 suam, in illo igitur actu est tota actualitas necessa-
 ria, vt amet Deus se ipsum propter se, & alia pro-
 pter ipsum, & se vt finem, alia vt mediā: & se ne-
 cessario, quia hoc exigit bonitas sua, & alia libe-
 re, quia nõ amplius requirit finis, aut obiecti bo-
 nitatis. Cũ ergo amat Deus alia à se, nõ alio actu,
 nec per aliquid additum actui, vult, sed illo actu
 quo se amat: et quo posset nõ amare alia, si vellet.

In hoc ergo solū consistit eminentia huius mi-
 sterii, q. hic actus apprehenditur vt forma quã-
 dam, quæ secundum totam realitatem suam nec-
 cessario est in Deo, seu est ipse Deus, & tñ non
 necessario cõfert quasi adæquatū effectū forma-
 lem, què cõferre pot in ordine ad extrinsecā obie-
 cta, sed est in manu & potestatem habentis talem
 actum, per illū tendere, vel non tendere in talia
 obiecta, & cum tendit, verè illa amat & vult, &
 nihil idēo plus habet, quā si non amaret. Hoc
 autem quod nos explicamus per modum formæ
 & effectus formalis, est in Deo longè eminenti-
 ori & altiori modo; & idēo, licet in formis in-
 perfectis nunquā possit accidere, vt eadem omni-
 nõ forma necessario exiit in subiecto, nõ conse-
 rat illi totum effectū formalem suum; ac proinde
 in voluntate creata non possit intelligi, q. nec-
 cessario habeat aliquem actū volendi & nihilo-
 minus sit in manu eius velle, aut non velle per il-
 lum actū aliquod obiectū ad quod potest terminari,
 quia actus existens ī potentia, necessario habet
 in illa totū suū effectum formalem; scitq; eam
 actualiter tendere in totū obiectum suū nihilomi-
 nus diuinum velle, quia nõ est forma infor-
 mās, neque actus actiūs, sed actus purissimus, al-
 tiori modo intelligendū est constituitur volentē,
 & attingere obiecta cũ eminenti quādam pote-
 state ad attingendū, vel non attingendum (secun-
 daria obiecta, nulla in ipso actu mutatione, vel
 reali additione facta.